


Bona Verba Quibus Ex Inferioribus Pannoniae Partibus profectum. Ab Ecclesia S. Georgiana, cui triennium praefuit fidelissimus Antistes cum honore ac dolore dimissum, Ad Pastorum Varaliensem In Sup. Hung. vocatum M. Daniele Kleschium ... Vicinum Integerrimum. Fratrem in Domino Jesu dilectum devote comitatur. Posenium & Sempronium, A. O. R. M. DC. LXV. Mense Februario

Cassoviae: Türsch, 1665

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769401767>


Druck Freier  Zugang





Fm. 1241^{1-13.}





I. N. J.

BONA VERBA

Quibus

Ex Inferioribus Pannoniæ Parti-
bus profectum.

Ab Ecclesia S. Georgiana, cui trien-
nium præfuit fidelissimus Antistes cum
honore ac dolore dimissum,

Ad Pastoratum Varaliensem In
Sup. Hung. vocatum

M. DANIELEM KLESCHIVM

N. H. P. L. Cæs. &c.
Vicinum Integerrimum.

Fratrem in Domino IESV dilectum
devotè comitatur.

POSONIVM & SEMPRONIVM.


A. O. R. M. DC. LXV
Mense Februario.


*Bibliotheca
Academica
Rostochiensis*

CASSOVIÆ,

Typis, IOHAN. DAVID. TÜRSCHE,

J. m. - 124110.69





Hodœporium

ad

Plurimum Reverendum, Nobilissimum atq̃ Pras Clarissimum Dominum

M. DANIELEM KLESCHIVM &c.

Vix sua deposuit crudelia ferra Gelonus,
Indomitumq̃; flagrum Mars, clypeumq̃; suum
Nec liquidum satis est, quid bellax volvat Enyo,
An, quàm dulcis erat, tam quoq̃ue fida fiet:
Pacis Fama novæ, cum Te nova Sparta reducit
Ad Patriæ Fines, grataq̃ue tecta, Tuæ.
Certa geris Tecum cœlestis nuncia Pacis,
Vnde favens meritò, Carpatus omnis erit.
Faxit, cui visum per Te promittere Pacem,
Pace sit ut placidâ vita referta tua!
Dumq̃; novam properas ad Spartam, Castra supernâ
Sint Comites; Salyum Te velit esse DEVS!

*David Titius Ecclesiastes Posoniensis
nec non Venerandi Eiusdem Comitatus,
Contubernij Senior.*

l. N. J.

Cum Gratia DEI

iv. diayen.

ITE bonis Avibus, dicat Gens lumine cæssa:
Ite bonâ, potius dicam ego, Luce præcul.

Nano

Nam procul à nobis abiens, Patriæ arva revises,
KLESCHI, mirandâ non sine voce Patris.

Forsitan in scripto, de stellâ, infausta minante,
Fata notata Tuo, Patre trabente, fugis.

Ito igitur procul, ut fugias Mala, nec bona desint.

Lux tibi, quæq; Tuis, fundat ab A X E Pater!

Deproperabam inter concatenatos labores, Teste Conjugis

Tuz piientissimæ Fratris Germano Domino Samuele Grubero

ad iter jam accincto. Vale, mi KLESCHI, & vade cum & in

DEI Benedictione. Num. VI. Ita voveo Tui

studiosissimus

MATTHIAS LANGIUS, Sempron. Ecclesiastes.

Plurimum Reverendo, atque Praclarissimo Domino

M. KLESCHIO Vocato Varaliens, Pastori Primario

Amico & Fratris in Christo honorando.

Sunt cujusque duo Pastoris munia; Verbum
Nempe docere DEI, vivere deinde piè.

Quæ Deus hic junxit, Pastor non audeat unquam

Dirimere, Iratum vult nisi habere DEUM.

Ast opus, hic labor est! intra peccatur & extra

Muros, hic pauci labe carere solent.

Hic nocet exempló, nocet alter dogmate falsó,

Cernimus utrovis sæpè nocere modo.

Grande nefas! de quo multos, Clarissime KLESCHI,

Qui Tecum summo jure queruntur habes.

Tu vero perges multum prodesse, Tuasque

Et Vita & Verbo pascere semper oves;

Hoc faciens Tibi magnus honor laudesq; manebunt,

Gratus in orbe bonis, gratus erisque DEO.

Ita precatur M. Valentinus Sutorius Romæ. Fran.

b. s. Eccles. Posen.

QUOD

Felix faustum, ratum,

Stabile & firmum sit

Propempticon

Viro Nobili Hung: Admodum Reverendo

Clariss. & Eruditissimo Domino

M. DANIELI KLESCHIO

P. L. Cæs.

Haftenus Ecclesiæ Evangelicæ Sanct. Geor-
gianæ, nunc autem in Scepusium Varalien,

Pastori Primario Vocato. Cujus discessum &
peregrinationem hocce Propemptico

scriptotenus exornare & ratificare,

voluit ac debuit.

GEORGIUS STEPHANIDES

Lieskoviens. Pastor gregis Domini in Eccle-

siæ Evangelica Hung. Bohemica

Pofonien:

Mens mea, jucundum lepidâ dulcedine, carmen

Eructat instar Musicæ

Quod datur ac canitur

Tempore sveto.

Omnia tempus habent, monstrant Sacra Dogmata fuisim

Vates superni ut Numinis

Ordine Fatidicus

nunciat ævo.

Sarcinulas hinc inde vehi, quoque tempora certa.

Poscebat horas, & diest.

Sudor ut ipse docet,

Corpore fuisim.

T 3

TE KLESSENI credo multos, gustate dolores

Sævus furor, dum Tartari
traderet ignivomo
Oppida, Pagos.

Quid loquor? Ah urbes Pagos Villasque domosque

Fruges, Agros ac Vineas
Agmina nec pecorum,
Oppida, quid sunt?

Experti Myſta, Patres, Matresque: Sodales.

Expertus est & LANEIUS
partibus ipse suis,
Dogmata spargens.

Dum fugit ipse miser, trans-Urbem fessus eundo:

Vinculis ligatus, Tartari
Carceris ac gelidi
damna levavit.

Dic grates Domino, committito cætera Christo.

Curam tui qui sæpius
Providus ipse habuit,
tempore certo.

Nil tibi Confrater KLESSENI & Reverende peropto

Vicine, quam salvus mea
Conjuge, cum sobole
Tramite dextro.

h, pede præpropere, patriam conscende Cathedram

Verbumque Christi pandito
Quod tibi Cæli-potens
tradidit Author.

Porro Gratia Domini nostri Jesu Christi & charitas Dei,
& Communicatio Spiritus Sancti, sit & maneat tecum *VIR B.*
Reverende & Clarissime, ac cum omnibus tuis,
in æternum Amen.

Scripti Posonij. 19. Januarij.

ANNO SALUTIS
nostræ.

1665.

A 3

ANAGRAMM

Magister Daniel Kleschius vocatus. Pastor Primarius Varalben

fausto pede iter faciat

In hoc folio
Carmina in
Anagrammata
ut si quisque

Anagramma interpretor

[C. pro K. & A. pro H. sumptum.]

Mente ecce ò gratis Proles latonia salve, ah
Nuncius en sapiens? dulcia signa canit.
ENODATIO.

Q Vis novus hinc nostris secedit sedibus hospes,
Hospes, quis nostris partibus inde migrat.
Non novus est nostris qui cedit Amicus ab Agris,
Sed nobis sobolis carior, ipse fuit.
Hic mea pars Anima, Maja quem filius alma;
Provocat Eloquio dulcia verba, dari.
Non claudis digito labrum Patavus Apollo
Sed suportiendit nuncia fata, sono:
Castalides musa cincta Parnasside Lauro.
Aonijs votis, Carmina grata ferunt.
Clio gesta, canit Gallina Filium alba, ut
In longo maneat prosperitate dies.
Numina Pegasei fontis veneranda movete;
Ubra sermonis fertilitate rata,
Ah votis lepidis, connectite metrica verba
Viq. avibus faustus Kleschius ire queat.
O SALVE PROLES LATONIA, Delius augur
Ingemina votum sospite mente, novum.
ECCE CANIT GRATIS, fausto omine docta Thalia,
Dulcisonos cantus Daphnidis arte, refert.
O salve, sacri callens Mystera verbi
Qui memoras summi dogmata sacra, DEJ.
Sic SAPIENS, felix, sit mens in pectore constans,
Omnia seu prudens NUNCIVS, ante vide.
Assumpe in patriam precor ò proficiscere terram,
Christicolis illic DULCIA SIGNA cane.
En tibi: Confrater sterili ludebat Auenâ,
Mystes Andreas nomine Wenzelius.

Notabam Ipsa Die Conversionis PAULI.

Pastor Schataniensis n. t. autem per Reve-
tendi minist. Pofon. Adjunctus.

VIRO NOBILI
PLVRIMVMQ; REVERENDO
DOMINO,
DANIELI CLESCHIO

AA. LL. & Phil. M. P. L. C.

INTER THEOLOGOS MAGNO
INTER PHILOSOPHOS EXIMIO
INTER ORATORES FACUNDO
INTER VATES EXCELLENTI.

E Pulvere Scholastico pridem euecto,

AD TERTIAM CATHEDRAM
ECCLESIASTICAM

nunc abeunti.

HODOEPORICO, INTER

occupaciones fusō,

Quanti eum faciat, testari voluit,

M. Elias Thomas Gyrn. Pofon: Evāng. Reñor.

E St Famæ gracilis vapor,
KLESCHI, Pegaseis tincte liquoribus,
primò solvitur impetu,
Cognatoqve nivi flumine diffluit,
nî iustragia fulciant,
Quæ præstans soboles Pieridum tulit,
Et molimina grandia,
Afflatu superum coepta faventium
Sic famæ solidum decus,

Perstar.

Perstat, dum roseis SOL vēhitar rōtis.
 Fælix remigium TUUM,
 Ad Famæ properat LAUDIS & ATRIA;
 Cursu sat celeri, novæ,
 Vix Te de CATHEDRA persterili SCHOLÆ
 Suppressæ, sine nobili
 Cultu, perpetuis quæque laboribus
 Urget, nescia comodi,
 Provexit superum cura benignior,
 ad *Templi Cathedram*, Tux
 Virtuti decus ut cederet, & honor
 Major, cū benè vindicat
 Non unus populus, Te sibi *Flaminem*;
 Certaturque viriliter,
 Ne Te possideat, quàm *Patriæ Solum*
 O factum benè! nam DECUS
 Cūm *Commisssa Tibi Magna Talenta* sint.
 Et quæ singula singulos
 Ornant, eximium Te faciant DECUS
Functim, queis radios *Pharos* :
 Vah! quantum facies, quàm solidum jubar
 Quanto in *Carpathicis jugis*
 Ardore, atque animo frigora mentium
 Incendes. Superis caput
 Dilectum. Meritò *Purpureum Decus*
 Gestares, nisi moribus
 Obstaret Patriis! *Tu Magalander es*,
 Tu *Mysteria Numinis*

Recludis

Recludis populo: Cryptica quin notans
Clares, & stygias procul:
Depellis nebulas. O cupidos bene!
O Zelum nimium bonum,
Incensis animis Te cupientium!
Est cur gratuler, & Focis
Et Templis decies. Est quoque cur Tibi,
qui Grimò scholicis latens
Carectis, repetis limina Patriæ,
Magnus Mysta fidelium,
Et Famam stabili constituis loco
I Fœlix pede properes,
Ut tandem ferias sidera vertice.

Posoni Prid. Id. Ian. M. DC. LXV.

Hodœporican,
*Viro Admodum Reverendo, Nobili, Clarissimo atq̃
Doctissimo, Domino*
M. DANIELI KLESCHIO
&c.

Honoris & amicitie causâ scriptum

M. JOHANNE BÜRINGERO,
Poloniensi Pannonio, Gymnasij ibidem
Patrij Aug. Conf. h. t. Conrectore:
A. O. R. M. DC. LXV. XVII. Calendas
Februarias, S. T. N.

Quod non speravi, subitòs de versibus istis
Me per epistolam fautor amice, rogas.
B Obitu-

Obstupui primum, cum tristia verba relatu
Sunt audita mihi, Klelchius ecce parat!
Quid parat? attonito similis, trepidoq; regessi
Respondent, abiturum; teque valere jubet.
Quid faciam infelix, tanto cariturus amico?
Quem mihi Castalidum foedere junxit amor,
Annos præteritos gratanter mente recordor,
Sermones nostros, Carpaticosque Lares.
Optavi pridem commercia mutua dulcis
Alloquij, stabili perpetuenda fide;
Sed frustra; fatis obstantibus, atque tumultu,
Pannoniæ nostræ concutiente basin.
Conjunctus propiore loco, strepitis ad undas
Danubij, lacrymis, dividiisque gemo.
Hoc auget demum luctum, non posse videre,
Posthac, quem rapiunt effeda, sæva rotis.
Gratuler, an querulo lacrymas cum carmine fundat
Illud amicitia, aut hocce doloris erit.
Cur mediteris iter, morosè quærere nolo.
Haud dubiè grauis est cognita causa domi.
Id potius placeat, Pyladi bona verba precari;
Et cum non possim corpore, mente sequi.
Iungat equos auriga; moras cum ferre recuset!
Nec volo, nec possum plurima verba loqui.
Duc proficiscentem, solare, tuere, gubernare;
Nec non hæc thalami pignora cara, Deus!
Inter præcipuos comites lectissima conjux
Gaudeat auxilio, præsidioque tuo!

Parca.

Parce, ruens altis ex montibus horrida bruma;
 Et quicquid campos asperat atque vias.
Tu quoque percellens homines & plaustra, sonoris
 Flatibus & nivibus, parce, rigens aquilo.
Fac possit Zephyri tibi felix indere nomen,
 Qui cœptum, placido numine calcat iter.
Ite bonis avibus fausti, sunt verba profana:
 Ite, Deo salvi, dicere malo, duce!
Est sed adhuc, de quo uenerande rogaris amice:
 Vt Bûringerij sis memor usque tui.
Quas precor ex animo, me rebus, queso, secundis
 Respice, si fuerit fors mihi dura cadens.
Nam quis non metuat, ne nos hinc fluctibus Ister
 Ejiciat, solo nomine triste malum?
Corcula musarum, patriæ ornamenta, saluta,
 Carpatus excelsus quâ quasi spectat agros.
In primis cupio nostrum saluere Bayrum;
 Non sine qui fructu dulcia fraga legit,
Constipans variæ doctrinæ melle favissas;
 Qui templum patriæ voce docente colit;
Ante Scholæ doctor, dexterrimus arte docendi:
 Quod vel sola viri me Cynosura docet.
Copia si fieret faculæ feliciter hujus,
 Gauderet certo littore cymba mea.
His elegis volui comitari plausor euntem
 Fortiter in DOMINO vince, valeque diu!

Gânfinio collicur Sempronio atque Georgi
 Sanctiloquum rapisheu, Carpatè vatte, virum?

B 2

Eripit

Eripis hem Clarium Klöch qui sophicâ arte tricollis
Hos satis in Christo sedulus erudiit.
Næ Patriæ sed amor stat, stat Diuina voluntas!
Tu modò felici KLÖSCH pede carpe viam;
Quæ Thafiz vites, non fortè dedère tricollis
Hæc tibi det pleno Carpatus ista sinu.

M. MICHAEL UNGER Lycei Evang.
Hung. apud Sempr. Rector.

Divina mēns per instabiles vices
Humana gyrat; volvimur invicem;
Viaticata nempè fors est
Mentis in instabili vagari.
Res est lehora mera VOCARIER,
Humana quamvis visa; animus sequax
Nutus olympi mente volvens;
Sponte suâ sequitur VOCANTE M,
Te magne Praeo, nunc alio vocat
Eter viam, quæ Saxea Carpathi
Moles recumbit, iam capeffis;
Maxima iussa DEL secutus.
I Faustum ather & savent tuis
Captis, senilis & Pylis dies
Concedas olim sic per Axes
Lucent & Rediviva Virtus.
Hæc pauxilla Minerva quantò invita, tantò in pietate
& summam eruditionem, Vir Maxime,
procliviori mente & manu posait
Reichard Reichenbauer Sopr. Hung. discip. olim;
Libuit huc apponere etiam Testimonium Civitatis Günzini-
ensis, fidelissimè descriptum. Sic ad verbum sonans.

N O S

N O S

MICHAEL PAMER

IVDEX ET SENATORES CÆ.

terique jurati Cives Regiæ ac Liberæ Civitatis Keßszeg seu Gûnz, Damus pro memoria, quod nobis die & loco datarum præsentium, pro tractandis & concludendis stabilendisque quibusdam negotiis nostris, in publicum commodum, longioremque & pacatiorem permanſionem hujus Civitatis noſtræ, conventum habentibus & una conſtitutis. Adm. Rever. & Clar. Dn. Magiſter DANIEL KLESCH, p. t. Eccleſiæ Auguſtano Evangelicæ, Regiæ, ac Liberæ Civitatis Sanct. Georgii Paſtor, & Scholæ ibidem Inſpector primarius, nec non Poëta Laureaus Cæſareus &c. mediantibus literis ſuis requiſitoriis nobis ſcripto tenus ſignificavit, & detexit in hunc modum: quomodo idem Dominus Rev. ob moderni temporis ominoſi atque infelicis ſtatum ac viciffitudinem ſorti ſuæ Eccleſiaſticæ futuræ, maturè proſpicere & advigilare vellet, ut deveniendo ad exteriores, quo nimirum fata ipſum tractura ſunt, Teſtimoniis fide dignis, & Authenticiſ quoque functionum, à ſe paſſim adminiſtratarū inſtructo eſſe quiret. Quia vero hic in medio noſtri etiam certo temporis ſpatio, Germanicam functionem Eccleſiaſticam adminiſtraret, petiit nos debita cum inſtantia, quatenus nos

B 3


eidem


ei dem literas nostras, super eadem functione sua Ecclesiastica hic Loci, uti permissum est administrata, Testimoniales dare & concedere dignaremus. Cujus nos honorificâ requisitione moti & inclinati, cum nobis omnibus recenti memoria constaret, prætitulatum Rever. Dominum Magistrum DANIELEM KLESCH. superioribus retroactis Temporibus in Anno videlicet Domini Millesimo sexcentesimo Quinquagesimo nono, Mense Junio, acceptâ primum à nobis Solenni & legitima vocatione pro administrando ministerio Ecclesiæ nostræ Germanicæ, demum subsequenter resignando decenter functionem suam præcedentem Conrectoratus nimirum Gymnasii Regiæ ac Liberæ Civitatis Sempronien: ibidem una cum charissima familia domestica, & tota suppellectili sua, in perscriptam Civitatem nostram trans-migrasse, ubi demum die Vigesima quarta, Mensis Junii, hic in templo nostro Germanico per Plur. Reverend. & Clariss. Dominos Superintendi & Seniores Venerabilis istius Confessorii Cis-Danubiû Augustano Evangelici, pro Ordinario & Orthodoxo Ministro jam factæ Ecclesiæ nostræ Germanicæ solenni ritu Ecclesiastico inauguratum & intra revolutionem circiter trienni ut pote à præscripta die Quarta dicti Mensis Junii, Anni Millesimi, Sexcentesimi Quinquagesimi Noni, ad diem usque Octavum Mensis Martii Anni Millesimi Sexcentesimi Sexagesimi Secundi

eundi proximè evoluti, functionem suam Ecclesiasticam, sincere, Zelosè, & quod præcipuum Orthodoxè, juxta invariata[m] Augustano Evangelicam Confessionem nostram, in omni sui parte administrasse, *Consistorialiq[ue], Senioratus* honore & dignitate, nec non Gymnasii hujus quoque nostri inspectionis primatum functum esse, sicque paucis ante hebdomadis suæ emigrationis ab hinc, acceptâ iterum à Suprafata Civitate S. Georgii legitima vocatione, institutaque antecederet pia, publica que è Suggestu Templi nostri Germanici Valedictoriâ Concione, (ob certas rationes ipsi Domino Reveren: uberius cognitâs :) hinc è medio nostrum vicissim in præ-repetitam Civitatem S. Georgii, ad continuand. ulterius functionem suam Ecclesiasticam emigrasse. Vnde Nos præsentis Litteras nostras, super promissa Zelosè & Orthodoxè administrata functione Ecclesiastica prærepetiti Domini Reverendi Magistri DANIELIS KLESCH. Testimoniales, eidem in perpetuam rei memoriam Sigillo hujus Civitatis nostræ Authentico dandas duximus & concedendam Communi suadente Justitia. Datum in præ Scripta Regia ac Lib. Civitate Keöf-segk seu Günst, die Quinta Mensis Martii. Anno Domini Millesimo, Sexcentesimo, Sexagesimo Tertio.


Locus Sigilli.


*Acta, & extradata per me Georgium
Senth, Regia ac Lib. Civ. Keöf-segk
sive Günst, Jur. Notarium.*





7. März 1960





Von denen unruhigen Ungarn/Böhmen/Mähren zc. mag
uch derselben / als verhasster Leute nicht einmahl mehr ertweh-
cken : denn diese müssen heut zu Tage nur böse Vuben gewesen
geschehen. Was saget aber Christus Luc. XXIII. 31. Was saget
M. Lutherus, der trohlseelige Gottesmann / der deutsche Pro-
phet Elias ! was für ein Land und Volk nennet er in seinen
ungen ?

unwir tollens nicht glauben / bis die Reife auch an uns kom-
t. Wenn die zehen Stämme schon hinweg sind/lehret sich Juda
nicht dran / bis sie beyde auch gen Babel hin geführet werden.
Juda wolte kein Wasser getrübet haben / und sagte : die zehen
es mit denen Kälbern zu Bethel und Dan und mit ihrer Abgötter-
zu wohl verdienet / da doch Juda und Benjamin nicht umb ein
etwesen. Denn ob schon Jerusalem den Tempel und Gottes-
war es doch nicht rechtschaffen und kein Ernst dabey ; sondern nur
er / fleischlicher und laulicher Gewohnheits-Trieb / der Gott dem
len Lunte. Ich will zwar das beste hoffen mit denen unter wel-
chen ich lebe / aber nicht sicher seyn. Denn ich weiß / und muß
in eigener Prophet seyn / daß es mich / wenn es angehen wird / am
ersten treffen dürffte ? Ich bin nun bey dem Thier verrathen Matth.
XIII, 12. Luc. XXI, 16. und habe mich keines andern / als der auß-
er Lebens-Gefahr zu versehen ; nicht aus eingebildeter Furcht ;
sondern aus solchen Bedrohungen / welche die falschen Brüder bey denen abge-
sieder mich ertwecket. Wie hätte Saul das wissen oder erfahren
kög der Edomiter I. Sam. XXI, 7. nicht wäre heimlich verborgen
/ und hätte es angesaget / daß Abimelech dem David die Schau-
schwert gegeben ? doch achte ichs ganz nichts / was auch der ge-
als über mich verhängen möchte ? Ich bin bereit mit Paulo / nicht
Banden ; sondern auch zum Tode. Darum will ich mit diesem
/ und es nicht länger anstehen lassen / unter andern auch die sieben
Gottes ehestes zu erkläre ; als es der Geist der Weissagung deutet /
er und Königreiche dieselben sollen ausgegossen werden. Denn
innuß hat mir Gott aus lauter Gnaden geoffenbahret. Was
XVI, unter dem Wort / (1) Erde (2) Meer (3) Wasser-Flüsse
rummen (4) Sonne (5) Stuhl des Thiers (6) großer Waf-
uphrates (7) Luft zu verstehen sey / und wie es alles nach dem
s zu deuten ? Weil ich aber auch dieses Geheimuß albereit in
so defenlo, oder verthätigten Vortrag / welcher 180 zu Merse-
burg